

CAROLVS VTENHOVIUS GANDAVVS.



Carolus ex nobili familia Vtēhouiorum Gandauinatus, & omni genere uirtutum optimè educatus est. Is cum felici ingenio conspicuus es-
set, parentum cōsilio operam literis dedit, atq; La-
tinæ, Græcæ, ac Hebraicæ linguæ ea diligentia in-
cubuit, ut magnam earum notitiam sibi compara-
rit, atq; adolescēs adhuc uiris doctissimis adnume-
ratus fuerit. Accedebat etiam uite integritas, & na-
turalis quædam facundia. Itaq; honestis quibusdā
officijs decoratur, atque in patria res magnæ expe-
diendæ committuntur, quæ quidem ipse singulari
industria administravit, ac ob uarias animi & cor-
poris uirtutes omnibus innotuit. Quin etiam ani-
tum ad scribendum appulit, atq; preter alia Nonni quadraginta octo libros
Dionysiacorum ex Græco in Latinam linguā transtulit. Hoc modo Carolus
in patria etiamnum feliciter pergit, atq; non modò Belgis, uerū etiam exte-
ris nationibus sua eruditione innotescit. Anon.